vnam.ꝛ debet ꝓferri rice. ¶ Menalcas

Cogite oues pueri: ſi lac ꝑceperit eſtus
Vt nuꝑ: fruſtra preſſabimꝰ vbera palmis

¶ O pueri.i.paſtoꝛes cogite.i.in ouilia colligite oues.ſi eſtus.i.caloꝛ ꝑ
cepit.i.ꝑoccupauerit lac.vt nuꝑ fecit ſupple fruſtra preſſabimus.i.con
ſtringemus vbera.i:mamillas.palmis.i.digitis vel manibꝫ ¶ Cogite
oues. Menalcas iubet cogere oues in tecta ꝓpt̄ caloꝛē ſolis q̄ extermi
nat lac.ꝛ ꝑ hoc ītelligit ꝙ mātuani captiui ſub furoꝛe tribulatiōis non
pn̄t fructificare nec tūc ē tēpꝰ repetēdi agros donec ꝑtrāſeat furoꝛ.

Eheu q̄ꝫ pīgui macer ē mihi taurꝰ in aruo Da
Idem amoꝛ exitiū eſt pecoꝛi: pecoꝛiſqꝫ mgr̄o

Eheu q̄ꝫ.i.quātum taurꝰ eſt macer in aruo.i.agro.pingui.i.fertili Nā
idem amoꝛ eſt exitium.i.deſtructio pecoꝛi.i.gregi idem.i.amoꝛ eſt exi
tium magiſtro pecoꝛis. ¶ Eheu. Hic Dametas tāgit materiā ꝛ pau-
pertatem mantuanoꝝ dicēs ꝙ taurꝰ ſuus ē macer in agro pingui ꝛ d̄r
ꝙ hoc eſt ꝑ amoꝛem.q̄ꝛ amantes deſinūt comedere ꝛ obliuiſcūtur pa-
ſtus ꝛ d̄r ꝙ idē amoꝛ ē deſtructio paſtoꝛis ꝛ gregis. ꝛ magis intelligit̄
iſte ſermo dē amoꝛe cupiditatis q̄ creſcit in īmenſum q̄ꝫ de amoꝛe cōcu
piſcentię carnalis q̄ꝛ ꝓpt̄ auariciā ꝛ cupiditatē proceꝝ multū tribulati
fuerūt ꝟgiliꝰ.ꝛ alij mātuani.ideo d̄r idē amoꝛ ¶ Me.

His certe neqꝫ amoꝛ cauſa ē: vix oſſibꝰ herēt
Neſcio quis teneros oculꝰ mihi faſcinat agnos.

¶ Certe amoꝛ nō.eſt cā his.i.agnis ꝙ ſunt macri.ſꝫ vix herent oſſibꝫ.i.
vix oſſa eoꝝ coherētꝰ ꝛ neſcio.i.ignoꝛo.q̄s oculꝰ i.q̄s aſpectꝰ.faſcinat.i.
coꝛrūpat agnos. ¶ His certe. Reddit menalcas aliam cām dicēs ꝙ a
moꝛ nō eſt cā maceratiōis. ꝛ intelligit de amoꝛe ꝯcupiſcētię carnalis ſꝫ
ſuꝑbia excecauit mātuanos ꝛ oꝛta eſt int̄ eos diſcoꝛdia.ſicut dictum ē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

priꝰ.en quo diſcordia ciues ꝑduxit miſeros ¶ Da

Dic quibꝰ in terris (et eris mihi magnꝰ apollo)
Tris pateat cœli ſpaciū non ampliꝰ vlnas.

¶ O menalca dic qbꝫ ī terris.i.in qbꝫ locis ſpaciū cœli pateat.i.appare
at.nō ampliꝰ.i.vltra tres vlnas.i.vltra illā menſurā. Et eris mihi ma-
gnus apollo.i.ſummꝰ ſapiēs. ¶ Dic qbꝫ. Hic dametas ꝓponit vnum
aliud engima.ꝛ eſt q̄ſtio tal' in q̄ ꝑte terrę cœlū nō videt' vltra ſpacium
triū vlnaꝝ.et ē vlna mēſura q̄ntū duo brachia pn̄t extendi Et ſi rn̄deat
ad iſtā q̄ſtionē coronabit' ſicut apollo.ſʒ nō.dat' rn̄ſio ī tertu Intelligit'
tn̄ de puteo vno ī quo ſi q̄s eēt nō poſſʒ videꝛ cęlum vltra latitudinem
putei qn̄ quis eſt in fundo ¶ Menalcas

Dic quibꝰ in terris inſcripti noīa regū
Naſcātur flores.et phyllida ſolꝰ habeto.

¶ O Dameta dic mihi qbꝫ ī terris flores naſcāt'.i.creſcūt. īſcripti.i.in
ſcripto hn̄tes nomīa regū ꝛ tu ſolꝰ habeto.i.hēbis phyllida. ¶ Dic qbꝫ
Menalcas neſciēs rn̄deꝛ ꝓponit aliud enigma ꝛ ē tale.in qbꝫ terris cre
ſcūt flores hn̄tes noīa regū. Et dicūt aliq̄ ꝙ ꝑ h̄ intelligit' hyacintꝰ flos
rubeus q̄ natꝰ fuit ex ſanguine aiacis ꝛ hyacinti ſicut dꝫ Ouidiꝰ.ꝛ iſti
duo vocant' reges qꝛ fuerūt filij regū ꝛ ſic hyacītꝰ de noīe aiacis hʒ vnā
ſyllabā ꝛ hʒ totū nomē iacinthi regis.ꝛ ſi dametas ſoluat iſtā q̄ſtionē
ꝓmittit' ei phyllis tanq̄ꝫ ꝓpria q̄ eſt ꝯis amica paſtoꝝ ꝛ hoc ē maiꝰ no
uū qꝺ ꝓmitteꝛ ei poſſʒ.nā ꝙ ſit apollo h̄ eſt īpoſſibile ¶ Palęmon

Non.noſtꝝ inter vos tātas cōponere lites
Et vitula tu dignꝰ.et hic et quiſquis amores
Aut metuet dulces.aut experietur amaros
Claudite iā riuos pueri.ſat prata bibere

¶ Nō eſt veſtꝝ iudicare ſʒ nr̄m ē.i.mei palęmonis ꝯponeꝛ.i.finire lites
id ē iurgia int' vos.ꝛ tu dameta ꝛ hic menalcas eſt dignꝰ vitula ꝛ quiſ-
quis metuet aōres dulces aut quiſq̄s experiet' amaros tal' ſupple ē di-
gnꝰ vitula.o pueri claudite iā riuos.i.finite diſputationē ſat prata bibe
re.i.ſatis dixiſtis ¶ Nō nr̄m.hic loquit' palęmō iudex volēs dare ſniaꝫ
diffinitiuā ꝛ ē ponēda pauſa poſt nō.q.d.nō vr̄m.ſʒ nr̄m ē ſniam dare
vel ꝯponeꝛ lites vr̄as qꝛ litigātes nō debēt eē iudices ſuę cauſę.lectura
aūt nō valeret ſi totū ꝯtinue legeret'.qꝛ dicēt palęmon ſe nō factuꝝ qꝺ
facit.iudicat eīn eos eſſe pares qꝛ vnꝰ dꝫ ꝑus ſe pati triſticiā in ira ama
ryllidis alter dꝫ ſe hr̄e dulcedinē amyntę ꝛ ſic viderent' eſſe ꝯtrarij.ſʒ pa
lęmō ꝯcordat eos ꝛ dꝫ ꝙ nō eſt cōtrarietas qꝛ iſta duo.ſ.metꝰ ꝛ delecta
tio reperiūtur in eodē qꝛ quicūq̄ꝫ amat delectat' in re amata ꝛ timet ne
perdet eā. ¶ Claudite. Hic ponit finē in hac ęgloga qꝛ in fine diei qn̄
oues ſatis biberūt claudēdi ſunt riuuli aquę q̄ haurit' de puteo.

¶ Finis Tertię egloge.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

¶ Poeta ſolus in laudem Pollionis et Saloni
ni filij egloga quarta.

Sicelides muſę paulo maiora canamꝰ.
Nō oēs arbuſta iuuāt. humileſqꝫ miricę.
Si canimꝰ ſiluas. ſiluę ſunt conſulę dignę.
Vltima cumei venit iam carmīs ętas.
Magnꝰ ab integro ſęcloꝝ naſcitur ordo.
Iam redit et virgo. redeūt ſaturnia regna.
Iam noua ꝓgenies cœlo demittitur alto.
Tu modo naſcēti puero. quo ferrea primū
Deſinet. ac toto ſurget gens aurea mundo
Caſta faue lucina. tuus iam regnat apollo
Teqꝫ adeo decus hoc ęui te cōſule inibit
Pollio. et incipiēt magni ꝓcedere menſes.
Te duce ſi qua manēt ſceleris veſtigia noſtri.
Irrita perpetua ſoluēt formidine terras.
Ille deū vitam accipiet. diuiſqꝫ videbit
Permixtos heroas. et ipſe videbitur illis
Pacatūqꝫ reget patrijs virtutibꝰ orbem

¶ Cōſtrue ſic. o muſę. i. deę ſicelides. i. ſiciliēſes canamꝰ. i. deſcribamus paulo maiora. i. modicū altiora. ⁊ arbuſta. i. ꝟgulta. ⁊ miricę. i. ille arbores nō iuuāt. i. nō delectāt oēs ſi canimꝰ ſiluas. i. carmē bucolicū ſiluę. i. carmia bucolica ſūt dignę ꝯſulę. ſ. polliōe. vltia ętas. ſ. ferrea carmīs cume. i. ſibyllini veīt. i. acceſſit. ⁊ magnꝰ ordo ſęcloꝝ. i. ſęculoꝝ. naſcit̄. i. reficit̄ ab itegro. i. denuo. ⁊ ꝟgo. i. iuſticia redit. i. reuertit̄ ⁊ reḡ ſaturnia. i. aurea ſęcula redeūt. ⁊ noua ꝓgenies. i. ſoboles cœlo. i. et cœlo demittit̄ id ē deorſum mittit̄. o lucina. i. o iuno caſta faue puero. i. filio pollionis mō naſcēti q̊ ſcꝫ puero naſcēte gens ferrea. i. dura ṗmū. i. in ṗmis deſinet. i. ceſſabit ⁊ gens aurea ſurget toto mūdo. tuus appollo. i. auguſtꝰ cęſar reḡt. i. dn̄at̄. o Pollio decꝰ. i. ętas aurea inibit. i. inchoabit. adeo. i. certe te ꝯſule exn̄te h̄ eui. i. tpe hꝰ ętatis. ⁊ magni mēſes icipiēt ꝓcedere. id ē ꝑpetuo man̄. ⁊ ſi q̄ veſtigia n̄ri ſceleris manēt. illa ſupple fiēt irrita te. i. pollione duce i. regnāte ⁊ ſoluēt. i. diſſoluēt terras. i. oēs gentes formidine ꝑpetua. ille auguſtꝰ vel ſaloninus puer pollionis accipiet. i. habebit vitā deum. i. deoꝝ: ⁊ ipſe videbit heroas. i. nobiliores. ꝑmixtos. i. cōmixtos diuis. i. dijs. ⁊ ipſe auguſtus vel ſaloninus videbit̄ illis. i. ab

illis heroibꝰ ⁊ ipſe reget.i.gubernabit orbē.i.mūdum pacatum.i.pacifi
catum patriis ꝟtutibꝫ.i.paterna iduſtria. ¶ Sicelides muſę. Quarta
egloga q̄ dꝛ interp̄tatio noui ſeculi:in q̄ ꝟgiliꝰ laudat auguſtū ceſarem
laudat etiam ſinium pollionē ⁊ eiꝰ ꝑuū filiū.⁊ qꝛ aggredit̃ magnā phi
loſophiā.iō vocat auxiliū muſaꝝ ⁊ eaꝝ eloquētiā .⁊ p̄cipue vocat mu
ſas ſicelides qꝛ theocritꝰ quē ipſe inſequit̃ in bucolicis ſuis fuit ſicilien
ſis.⁊ ē ſicilides adiectiuū grecū qꝛ latini dicūt ſiciliēſes .⁊ ꝓponit ꝟgiliꝰ
canere paulo maiora Iſta em̄ egloga q̄uis diſcedat a carmīe bucolico
tn̄ nō prorſus recedit ab illo qꝛ iterſerit aliq̄ bucolica ¶ Non oēs. Hic
reddit rōnem q̄re vult trāſcēdere bucolica ⁊ loquit̃ de alta materia qꝛ
nō ſemꝑ iuuat vel delectat loqui de rebꝫ ꝑuis q̄s intelligit ꝑ arbuſta.i.
ruſtica carmina ⁊ ꝑ miricas.i.geneſtas que nō creſcūt in altum .⁊ capi
tur ibi iuuāt ꝑſonalit̃. ¶ Ultima cumei. Hic notādum ē ꝙ ſibylla va
tes fuit cumana.i.de cuma ciuitate q̄ ſibylla diuiſit etates ⁊ ſecula per
metalla:ita ꝙ p̄ma etas fuit aurea.i.optima. Scdā argentea nō eque
bona ſicut p̄ma. Tercia erea vel cuprea.⁊ vltima fuit ferrea.i.peſſima
int̃ alias.p̄dixit ſibylla nō ſolū etates ſꝫ etiam p̄dixit q̄s regnaret in q̄-
libet etate vel in quolibet ſeculo.qꝛ in ſeculo aureo debebat regn̄re Sa
turnꝰ.⁊ in decimo ⁊ vltimo debebat regnare Appollo.dt ergo Uirgi
liꝰ ꝙ ꝓphetia ſibylle impleta eſt ⁊ intelligit̃ de auguſto de polliōe ⁊ de
ſuo puero Pollio em̄ fuit dux exercitꝰ germanici q̄ cepit ſalonā ciuita-
tem dalmatie.⁊ poſtea meruit cōſulatum ⁊ eodem āno ſuſcepit de vxo
re.filiū quem vocauit saloninū a noīe ciuitatis capte.q̄ puer qn̄ natus
fuit incepit ride᷑ qđ eſt cōtra naturā naſcētium in q̊ parētes notauerūt
malum p̄ſagiū:ſed ꝟgiliꝰ interp̄tat̃ oīa in bonum.ille tn̄ puer nō diu vi
xit ideo ꝓphetia ſibylle verius ꝑtinet chriſto q̄ꝫ ſalonino. ¶ Magnus
ab integro. Hic tangit opinionē ph̄oꝝ antiq̄ꝝ dicentiū ꝙ qn̄ annꝰ eſſꝫ
cōpletꝰ qui cōtinet decē ſecula debebāt redire ſecula ſicut p̄us vt incipe
ret vita aurea. Dicebāt em̄ mūdum eſſe eternū ⁊ vitam regi ⁊ guber-
nari ꝑ aſtra:ideo qn̄ aſtra redeūt ad curſum quem p̄mo habuerūt ad-
ducēt mūdo vitam priorē.ſicut habet̃ ſexto eneidos.illi qui erūt in cā-
po eliſeo expectabūt illum annū reſolui vt ipſo reſoluto redirēt ad vitā
ſuā ſicut fuerūt.dt ergo ꝙ ordo ſeculoꝝ naſcit̃ ab integro ſcꝫ ab illo ma
gno anno quo cōpleto ⁊ integro redeūt ſecula q̄ fuerūt ſicut p̄us Iſta
tn̄ opinio eſt erronea qꝛ veritas fidei eſt ꝙ mūdus incepit ⁊ finiet ⁊ ſi-
cut incepit nō ꝑ naturā ſed ꝑ grām.ſic etiā finiet̃ ꝑ grām qn̄ deo placue
rit. Et eſt notandū ꝙ debet ꝓferri ſecloꝝ ꝑ ſyncopā qꝛ aliter nō ſtaret
verſus. ¶ Iam redit ⁊ ꝟgo. Ph̄i ſic intelligūt iſtum ꝟſum ſcꝫ ꝙ terra i
prima etate ſponte oīa ferebat ſine cultura.ideo vocāt illā terrā ꝟginē
qꝛ ſine genitore parit.fideles tn̄ intelligūt de ꝟgīe maria. ¶ Redeūt ſa
turnia regna.i.reḡ aurea qꝛ ſub auguſto ceſare debebat eſſe pax i vni-
uerſa terra ⁊ abūdantia bonoꝝ.ſed meliꝰ intelligit̃ de chriſto de q̊ dixe
rūt angeli. Et in terra pax hoībꝫ bone volūtatis. ¶ Iā noua ꝓgenies
id ē ſub auguſto ceſare erūt hoīes boni ⁊ q̄ſi diuini:ſꝫ melius intelligit̃
de chriſto qui habuit nouū modum geniture ſcꝫ de ꝟgīe maria. ⁊ miſ
ſus ē de coelo.tum ꝓpter aīam creatā.tum ꝓpter diuinitatē incarnatā:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

¶ Caſta faue lucina. Inuitat deam ꝑ̄us que ḋr lucina q̄r dat naſcẽti-
bus lumẽ vitę. ⁊ aliq̃n vocat̃ iuno ⁊ aliq̃n luna . ⁊ aliq̃n dyana. ḋr q̃ ad
eam ꝙ faueat ⁊ applaudat q̄r appollo q̇ eſt frater lunę iam regt̃. Dice
bat eñ ſibylla ꝙ appollo regnaret in decimo ſeculo ⁊ vltimo ⁊ p̄t intel
ligi de ſalonino: pollione ⁊ de ceſare q̄ꝝ quemlibet compat appollini.
et p̄cipue videt̃ intelligi de pollione qui ḋr tanq̄ꝫ appollo. ⁊ ipm̄ nomi
nat exp̄ſſius dicẽs ꝙ erit ornatꝰ in mũdo ipſo duce vel gubernãte poli
ciam. ⁊ incipiẽt mẽſes. i. quintilꝰ ⁊ ſextilis incipiẽt hēc magna nomia q̄r
vocabũtur iulius ⁊ auguſtꝰ a nomibꝰ impatoꝝ in ꝑpetuã eoꝝ memo
riam. ¶ Te duce. i. tp̄e pollionis q̇ erat vnꝰ dux romanoꝝ purgabunt
veſtigia maloꝝ p̄teritoꝝ ſi q̃ remãſerint ex tp̄e p̄cedẽti ⁊ expurgabitur
vetꝰ fermẽtum ⁊ viuẽt homies ſine formidie. i. ſecure ſine timore ꝑpe-
tuo. i. lõgo timore. ¶ Ille deum vitam. i. ſaloninꝰ pollio vel ceſar ducet
optimam vitam iuſtam ⁊ diuinam: ⁊ magnates videbũt eum mixtũ
cum diis ⁊ ipſe videbit eos diuinos. ſed ſibylla intellexit omnia iſta de
chriſto q̇ abſtulit pctã mũdi: q̇ dedit magnos mẽſes. i. vitam eternam
et natꝰ fuit qñ menſes incipiũt creſcẽ ſcꝫ poſt tropicum capricorni q̇ de
dit ſecuritatẽ aſſequẽdi pacem paradyſi ⁊ euitãdi inferna. q̇ aſcẽdit ad
celos vidẽtibꝰ diſcipulis ⁊ accepit vitam deoꝝ q̄r deꝰ homo factꝰ eſt q̇
ſedet ad dexterã p̄ris. ¶ Pacatũqꝫ reget. i. ſaloninꝰ gubernabit imperi
um romanũ prius pacificatũ per patrem ſuũ. vel auguſtꝰ reget imperi
um pacatum ꝑ iulium ceſarem. ſꝫ meliꝰ intelligit̃ de chriſto q̇ celum ter
ramqꝫ regit in ſecula ſeculoꝝ. qui fecit volũtatem p̄ris qui miſit eum.
et dedit pacem homibꝰ bonę volũtatis.

At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errãtes hederas paſſim cum baccare tellus
Mixtaqꝫ ridẽti colocaſia fundet achanto
Ipſe lacte domũ referẽt diſtenta capelle
Vbera: nec magnos metuẽt armẽta leones.
Ipſa tibi blandos fundẽt cunabula flores.
Occidet et ſerpẽs. et fallax herba veneni
Occidet. aſſyriũ vulgo naſcetur amomum.
Et ſimul heroum laudes. et facta parentis
Iam legere. et q̃ ſit poteris cognoſcere virtus
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta:
Incultiſqꝫ rubẽs pendebit ſentibus vua.
Et durę quercus ſudabũt roſida mella.

¶ Cõſtrue ſic. o puer: tellus. i. terra fundet. i. dabit tibi p̄ma munuſcu-
la. i. munera nullo cultu. ſꝫ ſua ſpõte. ⁊ tellus fundet paſſim. i. vbiqꝫ he-

deras errãtes.i.illam herbam vagãtem cum baccare.i.cum illa herba
et tellus inc̄ꝫ fundet colocaſia.i.illam herbam mixtam achanto.i.cum
illa herba ridẽti.i.odorifera.⁊ ipſę capellę referẽt domum vbera diſten
ta.i.plena lacte ⁊ armenta id eſt greges nõ metuẽt magnos leones.et
ipſa cunabula .i.lecti puerorum fundẽt id eſt dabũt flores blãdos.i.mol
les.⁊ ſerpens occidet.i.morieꝛ.⁊ herba fallax veneni.i.herba venenoſa
occidet ⁊ amomum.i.illa herba ſuauiſſimi odoris aſſyrium.i.de aſſy-
ria naſceꝛ vulgo ꝯmuniter.vel paſſim.⁊ tu puer poteris legere laudes
id eſt facta heroum.i.nobilium ⁊ facta id ē geſta parẽtis.i.patris.⁊ po
teris cognoſcere q̄ virt᷒.i.qualis ꝟtus ſit.⁊ campus.i.ager flaueſcet.i.
fiet flauus .ariſta.i.ſpica molli id eſt dulci,agili. ⁊ vua rubens.i. rubea
pendebit.i.ſuſpẽſa erit ſentibꝫ.i.vepribus vel ſpinis.incultis id eſt nõ la
boratis.⁊ quercus.i.illę arbores durę ſudabunt.i.emittẽt mella roſida
id eſt liquores optimos ⁊ delectabiles.¶At tibi p̄ma. Hic applaudit
illi puero ſalonino dicẽs ꝙ terra dabit ſibi parua munera ⁊ excuſat ſe ꝟ
gili᷒ in hoc qđ dicit munuſcula.đt ergo ꝙ tellus p̄ma mater ſiue cultu
ra vel labor dabit ſponte illi puero hederam in q̄ ſignaꝛ ꝙ erit poeta et
vir ſcientific᷒ qꝛ poetę coronabanꝛ ex hedera.et.d.errãtes.i.vagantes
qꝛ hedera diffundit ſpacioſę ramos ⁊ radices.terra etiã fundit ei bac-
car.i.herbã q̄ tollit faſcinũ vt đꝛ alibi. Et bacchare frõtem. Cingite ne
vati noceat mala lingua futuro. Et in hoc ſignificaꝛ ꝙ ille puer erit pul
cerrim᷒.¶Achãto.achãtus ē herba odorifera cordialis q̄ naſciꝛ in egy
pto ⁊ ſilr colocaſia:in q̄ ſignificaꝛ ꝙ ille puer erit plenus ꝟtutibꝫ.ſꝫ me-
li᷒ intelligũtur omnia iſta de chriſto q̄ eſt ſapia p̄ris ſpecioſus forma p̄
filijs hoim.plen᷒ grã ⁊ veritate.cui᷒ ſapia diffuſa eſt ꝑ totũ orbem.cui
reges obtulerũt munera q̄ ſunt terreni reges. Ipſę lacte domum.i.re-
gnãte illo puero vel pollione vel ceſare caprę ⁊ oues abundabũt lacte:
nec indigebũt cuſtode nec erit aliq̄s inſidiator qꝛ lup᷒ non habitabit cũ
agno. Sꝫ meli᷒ intelligiꝛ de chriſto quo veniẽte fideles abuudauerũt
lacte fidei q̄ nutrit aiam q̄ eſt ſubſtãtia rerum ſperandarum.⁊ valde ſapiẽter
loquiꝛ virgili᷒ de iſtis donis qꝛ lac cõuenit pueris.⁊ vult dicere ꝙ ſicut
puer creſcit aſcendẽdo de ꝟtute in ꝟtutẽ ita creſcẽt ſua munera qꝛ iſtud
cõuenit ętati ſcꝫ ꝙ puer habeat puerilia ⁊ vir virilia. Nec magnos.i.fe
rocitas leonũ refrenabiꝛ.nam feroces hoies miteſcẽt ⁊ domabunꝛ ſub
iugo fidei ⁊ mãſueſcẽt.¶Ipſa tibi blãdos. Cunabula ſunt lecti puero
rum ⁊ diciũtur q̄ſi cynabula.qꝛ Cyn gręce đꝛ niti latine.pueri em̄ adni
tunꝛ illis lectis. Dicit ergo ꝙ cunabula miniſtrabũt illi puero herbas
odoriferas ꝯtra faſcinũ ſic ꝙ nullo egebit ſed oia ſeruiẽt ei. Et meli᷒ in
telligiꝛ de chriſto q̄ plenus ꝟtutibꝫ ⁊ grã nõ potuit faſcinari nec decipi
ipſo dicẽte ad Sathanã.nõ tẽtabis dñm deum tuum ſꝫ ei ſoli ſeruies.
¶Occidet ⁊ ſerpẽs.i.qñ regnabit ſalonin᷒ erit pacificata hoſtilitas re
rum inꝛ ſe ſic ꝙ nihil nocebit hoi nec ſerpẽs nec herba venenoſa. Chri-
ſtus em̄ ſuꝑ aſpidẽ ⁊ baſiliſcũ ambulabit. Et legiꝛ in actibꝫ aplorum ꝙ ſer
pẽs momordit paulũ in digito ſꝫ nihil nocuit ei.¶Aſſyriũ.i.creſcẽte ſa
lonino creſcet in aſſyria ⁊ naſceꝛ per omnem terrã mũdi in aſſyria illud
amomũ ſcꝫ q̊ddã pigmẽtũ vel ſpẽs aromatica.qꝛ licet lex icepit i hirſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

tū diuulgata ē in oēm terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ.·:.aplōꝝ. ¶ At ſimul heroū

Loquit̄ ad pueꝝ vel ad pollionē vel ceſarē. ſꝫ magis videt̄ loq̄ ad pue rū dicēs ei. o puer tu poteris cognoſcere ꝟtutes tuoꝝ parētum q̄ȝ paci ficauerūt tibi mūdum tuū. Chriſto etiā nato manifeſtata eſt hoīb᷒ iſ mēſa ꝛ miraculoſa dei potētia fuit ꝯtus ꝟgīs ꝛ mutatio aquę in vinū. cognoſcē cogitatiōes hoīm reſuſcitatio mortuoꝝ. ꝛ cētis multis mira culis. ¶ Molli paulatim flaueſcet. i. illo tp̄e erit abundātia farris ꝛ vi ni ꝛ olei. q̄ȝ valles abūdabūt frumēto. ꝛ ſpineta ferēt vuas q̄ȝ ceſſabūt hereſes. ꝛ rudes hoīes ꝯuertent̄ ad maturitatē fidei. ¶ Et durę quer cus. Dicit ꝙ illo tp̄e quercꝰ dabit mel vbi oportet vti hypbola intelli gēdo de ſalonino. q̄ȝ nō eſt veꝝ ꝙ quercus amara ferat ex ſe mel niſi h̄ dicat̄ hypbolice ad deſignādam fecunditatē terrę. iō melꝰ intelligitur de chriſto in cuiꝰ tp̄e viri antiqui nō lr̄ati fuerūt repleti ſciētiis ꝛ ꝟtuti bus. ſicut beatꝰ petrus ꝛ alij apl̄i. qui effuderūt mel. i. ſapidā ſciam vel ſapiam. Paulꝰ etiam apl̄s qui erat aſper ꝛ ſpinoſus ꝑſecutor fidelium effectꝰ eſt maturꝰ catholicus ꝛ vitis

Pauca tn̄ ſuberunt priſcę faſtidia fraudis:
Que tentare tethym ratibꝰ: quę cingere muris
Oppida: quę iubeāt telluri infundere ſulcos
Alter erit tum typhis: et altera q̄ vehat argo
Delectos heroas: erūt etiam altera bella:
Atqꝫ iteꝝ ad troyam magnꝰ mittetur achilles.

¶ Cōſtrue. o Salonine tamē pro ſed. pauca veſtigia. i. aliquę reliquię priſcę fraudis. i. prioris malicię. ſuberūt id eſt erūt. Quę ſcꝫ veſtigia iu beant id eſt ꝑcipiant. tentare id eſt nauigare. ratibus id eſt nauibus. tethym id eſt mare. quę ſcꝫ veſtigia. iubeāt cingere id eſt circūdare. op pida id eſt ciuitates. muris illis munimētis. quę veſtigia iubeāt infun dere id eſt infigere. ſulcos id eſt inciſiones quę fiūt vomere. telluri id ē terrę. Alter typhis id eſt alius gubernator nauis erit tum id eſt tūc. et id eſt etiam. altera argo. i. alia nauis erit tunc: quę ſcꝫ nauis vehat id ē ducat heroas. i. viros fortes ꝛ potētes. delectos id ē ex multis electos. etiam erunt ſcꝫ tūc altera bella ſcꝫ ſectę lites ꝛ pugnę. Atqꝫ id eſt ꝛ ma gnus Achilles ille fortiſſimꝰ bellator. Aut cōſimilis mittetur ſcꝫ tunc iterum. i. ſecundario. ad troyam id eſt ad illam vel quamcūqꝫ aliam ci uitatem. ¶ Pauca tamē. dicit ꝙ tunc tempore ſalonini ſuberūt. i. erunt modica veſtigia hoc eſt ſigna ſed latenter. ¶ Priſcę fraudis. hoc eſt ve terioris doli. hoc etiam dicit ad ſuorum tempoꝝ excuſationē. ¶ Quę tentare. Dicit ꝙ remanebit adhuc inuidia quę iubebit homīes naui gare. ꝛ ciuitates muris ꝛ foſſis vallare ꝛ agriculturam exercere. Oſtē dit etiam a ſequētibus ꝑcedentia quę vitauit quaſi laudi incongrua. Nam per nauigationē oſtendit fore auariciam quę hoīes nauigare cō pellit. per muros bella ſignificat. per agriculturā famis oſtēdit timorē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

¶ Tethys huiꝰ hyos. Hec vxor eſt oceani. Thetis ꝟo huiꝰ idos vel idis mater Achillis. ¶ Ratibꝫ. Et eſt ratis colligatio trabium q̄ ſolet vehi ꝑ vndas. capitur tamē ꝓ naui. ¶ Alter erit tum tiphys. Dicit ꝙ tūc aliꝰ gubernator nauis erit ⁊ etiam erit alia nauis q̄ vehat potētes et fortes viros ⁊ bellicoſos ꝑ maria. Etiā altera bella erūt tūc. ⁊ achilles fortiſſimꝰ bellator aut aliꝰ potētiſſimꝰ dux exercitꝰ mittet̄ iterum ad quemcūq; ciuitatē. Nam ſpecialia ꝓ generalibꝫ ponit. Tiphys magiſter fuit eiꝰ nauis q̄ Jaſon ⁊ reliqui delecti heroes ex grecia in colchos ad vellus aureum nauigarunt. q̄ appellata eſt Argo a velocitate. Argos enī grece eſt velox latine. Heroas accūs eſt grecꝰ plūis numeri ab heros. ⁊ intelligit̄ apud nos vir fortis ⁊ ſemideus: hoc eſt plus homīe detinēs. ¶ Aūt p̄dicti ꝟſus de chriſto nato ſic itelligi. q: tam in iudeis q̄ȝ gētibꝫ remāſit odium ⁊ ꝑſecutio chriſtifideliū quos de ciuitate in ciuitatem ꝑſeq̄bant̄. Et latēter ꝯtra eos ſe munierūt ꝑ auaram reꝝ tpalium cumulationē. Alter tiphys ſcȝ ſcūs Petrꝰ erit q̄ vehet Argo q̄ eſt nauis chriſti ſcȝ fide delectos heroas. i. inclytos bellatores chriſtianitatis. Erūt altera bella q: habebūt tres validiſſimos inimicos ſcȝ dyabolum. mundū. ⁊ carnē ꝓpriam. Atq; magnꝰ Achilles. i. chriſtꝰ qui ē magnus dn̄s ⁊ laudabilis mittet̄ ad troyam. i. in mundū ꝑ incarnationē ad debellādum p̄dictos tres inimicos

Hinc vbi iam firmata virū te fecerit etas
Cedet et ipſe mari vector. nec nautica pinus
Mutabit merces: oīs feret oīa tellus.
Nō raſtros patietur humus: nō vinea falcem:
Robuſtus quoq; iā tauris iuga ſoluet arator:
Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries iā ſuaue rubenti
Murice: iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcētes veſtiet agnos
Talia ſecla ſuis dixerūt currite fuſis
Concordes ſtabili fatoꝝ numine parce.
Aggredere o magnos: aderit iā tempꝰ honores
Chara deū ſoboles magnū iouis incrementū
Aſpice cōuexo nutantē pondere mundum:
Terraq;: tractuſq; maris: cœlūq; ꝓfundū
Aſpice venturo letentur vt omnia ſeclo.

¶ Cōſtrue. Hinc. i. poſt dicta vbi. i. poſtq̄ȝ firmata etas. i. virilis etas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

fecerit te ſcꝫ ſaloninum iam viꝝ ſcꝫ ꝑfectum. ⁊ ipſe vector .i. nauta cedet
mari .i. quieſcet ĩ terra: nec ꝓ nõ et et. ⁊ nautica pinus .i. arbor nauis. nõ
mutabit .i. nõ deferet merces ſcꝫ de regno ĩ regnũ. oĩs tellus .i. quecũ-
qꝫ terra feret .i. dabit oĩa ſupple ꝑ ſe. humus .i. terra nõ patieť .i. nõ ſuſti
nebit raſtros illa inſtrumẽta dentata' vinea .i. vitis nõ patieť falcem il-
lud inſtrumẽtum q̊ inſcindiť quoqꝫ .i. et robuſt⁹ arator .i. fortis agrico
la ſoluet .i. deponet iam .i. tunc iuga illa inſtrumẽta q̇b⁊ currus aut ali
ud vehiculum trahiť tauris .i. ab illis aĩalib⁊ ad arãdum aptis Nec la-
na ſcꝫ que ab ouib⁊ tondeť diſcet .i. incipiet mentiri .i. oſtẽdere quod nõ
eſt varios colores .i. tinctos: ſed ipſe aries ſcꝫ maſcul⁹ ouium mutabit
id ẽ tinget inficiet ꝑ naturã vellera .i. lanã ſuã ſuaue .i. dulciter iã in pra
tis .i. in paſcuis rubẽti nutrice .i. rubicũda cochlea vnde tingiť purpu-
ra ⁊ mutabit iam vellera lutho croceo .i. colore rubicundo ⁊ ſandix illa
herba veſtiet .i. ornabit ſua ſponte .i. ex ſua natura agnos illa aĩalia pa
ſcẽtes .i. errãtes. parce ille dee fatales cõcordes ſcꝫ exiſtẽtes ſtabili nu-
mine .i. firma grã fatoꝝ .i. euentuũ dixerũt ſuis fuſis ſcꝫ quib⁊ filãt vni-
uſcuiuſqꝫ homĩs vitam ꝓducẽdo vel abbreuiãdo currite .i. ꝓducite fi-
la. talia ſecla .i. ꝑ talia fœlicia tempora. O ſalonine chara ſobolẽs .i. dile
cta ꝓgenies. deum .i. deoꝝ. ſupple ⁊ magnum incremẽtum .i. magnuꝫ
incrementum Iouis .i. ſummi dei aggredere .i. pete magnos honores
id eſt eternam laudem temp⁹ ſcꝫ ſue fœlicitatis aderit iam .i. proximũ
eſt aſpice .i. reſpice mũdum ſcꝫ vniuerſum nutãtem .i. tremẽtem pñtib⁊
malis pondere .i. grauedine cõuexo .i. incuruato qꝫ .i. et aſpice terras qꝫ
id eſt et tractus .i. curſus maris qꝫ .i. et ꝓfundum .i. altum cœlũ ſupple
et aſpice vt .i. q̃ten⁹ oĩa ſcꝫ entia letenť .i. gaudeãt vẽturo ſeclo .i. tibi fu-
turo. ¶ Hinc vbi ⁊c̃. dr̃ o ſalonine poſtq̃ꝫ euaſeris in viꝝ ꝑfectũ naute
nõ nauigabũt ꝑ maria lucri cauſa. nec etiam vehẽt de regiõe in regio-
nẽ mercimonia Nauigatio enĩ deſcẽdit ex rõne mercimonij. Nautica
pinus eſt quam malũ vocãt ſcꝫ arborẽ nauis q⁊ ex pino arbore fieri cõ
ſueuit ⁊ indicat hic nauim Neceſſario ſiquidẽ cedet. q⁊ oĩs terra ꝓdu-
cet oĩa ad vſum vite humana nccãria ¶ Nõ raſtros .i. ſata nõ abſcon-
denť in terra raſtro qδ eſt inſtrumẽtum dentatũ. neqꝫ amputabiť vi-
nea falce: ⁊ agricola nõ coget tauros ad portãda iuga aut deponenda
ſcꝫ ꝓpť terre ſulcationẽ. q⁊ oĩs tell⁹ ſua ſpõte feret oĩa. ¶ Nec varios ⁊c̃
lana nõ tingeť. Cũ enĩ tingiť mentiť alienũ colorẽ non ſuũ. ſꝫ aries vel
quecũqꝫ ouis variabit lanã ſuã ꝑ naturã rubẽti murice ĩ pratis Mu-
rex muricis ẽ piſcis q̇ ⁊ cochlea vel concha dr̃ vnde tingiť purpura. Et
croceo lutho hoc ẽ lutheo colore .i. rubicũdo Et eſt hypallage q⁊ poniť
croceo lutho ꝓ croco lutheo. q⁊ crocũ lutei coloris ẽ vñ luthea pellis dr̃
Et ſandicin⁹ color .i. rube⁹ ornabit agnos ſua ſpõte. q⁊ color ſandicin⁹
cõnaturaľ erit vt ĩ lana adhuc nõ tonſa. Sãdix icis penultimã gti ꝓ-
ducẽs herba ẽ rubicũda ſcꝫ ol⁹ agreſte qδ facile comedi pt̃. vt ait Dioſ
corides. ¶ Talia ſecla ⁊c̃. dr̃ parce dee fatales q̃ tres ſunt ſcꝫ Atropos
Clotho lacheſis cõcordes ſtabili numine fatoꝝ q⁊ qδ vna dixerit due
ſequũtur. dixerũt ſuis fuſis Clotho baiulat colum. lacheſis filat Atro
pos filũ frãgit: ita vt cũ alicui⁹ fila diruperit morte moriať. currite ta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

ſta ſecla ꝑ ſecula ꝑ syncopen hoc eſt nō moriat̃ pollio ſed viuat fœlix

¶ Aggredere vocat pollionē vel auguſtū natum ex ſanguine deoꝝ. vt accedat ⁊ fruat̃ immēſo honore q̄ debet̃ ei. aderit eīm tēp⁹ iouis incre-mentū. i. nutrimētum qm̄ magnū imperiū admiſtrabat. Et ē hic ꝟſus ſpōdaic⁹. recipit eīm ſpondeū in quīto pede. Et vocat vt reſpiciat mundū nutātem p̄ntibꝫ malis ⁊ letū eſſe futuris bonis. cōuexo. i. curuo vel incliato pōdere iniq̄tatū. Et vt reſpiciat terras maria ⁊ celū vt oīa leta ſint ī futuro ſeculo. ſi oīa recte iſpiciant̃ miſtice poti⁹ ad chr̄m referunt̃.

O mihi tam lōge maneat ps vltima vite
Spūs et quantū ſat erit tua dicere facta
Nō me carmib⁹ vincet nec thracius orpheus
Nec linus. huic mater q̄uis atq; huic p̄r adſit
Orphi colliopeia. lino formoſus apollo
Pan etiā arcadia mecū ſi iudice certet
Pan etiā arcadia dicat ſe iudice victum.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrē
Matri longa decē tulerint faſtidia menſes
Incipe pue puer. cui nō riſere parētes
Nec de⁹ hūc menſa. dea nec dignata cubili eſt

¶ Cōſtrue. O vtinam. vltima ps. i. extrema ps. longe vite. i. diuturne maneat. i. ſuperſit mihi ꝟgilio. tam. i. tamdiu. ⁊ ſpūs. i. aīa. maneat mihi tam. i. tm̄. quātum erit ſat. i. ſatis. dicē. i. deſcribere. tua fcā. i. opa tua ꝟtuoſa Orpheus ille theolog⁹ thracius. i. ex thracia nat⁹ nō vincet id eſt nō excedet me. nec etiā vincet me carmībꝫ ſcz in laude polliōis. Nec linus ille poeta vincet me carmībꝫ. q̄uis p̄r. i. genitor mercuri⁹ adſit huic ſcz lino. ⁊ q̄uis mater ſcz vrania adſit huic ſcz lino. ⁊ q̄uis calliopeia illa muſa. adſit orphi. i. orpheo. ⁊ q̄uis formoſus. i. pulcher apollo. ſ. p̄r adſit lino. Etiā ſi pan ille de⁹ paſtoꝝ certet. i. cōtendet mecū carmībꝫ et hoc dico arcadia illa terra iudice. i. iudicāte. Etiā pan ille de⁹ dicat. i. fateat̃ ſe victū. i. ſupatū ⁊ hoc dico arcadia iudice. i. hoībꝫ vel paſtorībꝫ illius terre iudicātibꝫ. O pue puer ſcz ſalonine icipe ꝯgſcē. i. agſcē matrē ſupple tuā. riſu. i. ꝑ riſum. decē mēſes ſcz q̄bꝫ fueras in vtero tulerit. i. fecerint mr̄i ſcz tue lōga faſtidia. i. magnū tediū O pue puer ſalonine icipe ſcz mrēm ꝯgſcē riſui ſupple q² cui ſcz vulcano parētes ſcz nec ipſe parētibꝫ nō riſere. i. nō riſerūt. nec de⁹ ſcz Iuppiter dignat⁹ eſt. hūc ſcz vulcanū mēſa. i. cōuiuio deoꝝ. nec dea ſcz Minerua digna ē hūc vulcanū cubili. i. thoro cōiugij. ¶ O mihi poeta optat frui lōgiſſima vita ⁊ hr̄e tm̄ ſpūm quantū poſſit ſufficē ad tue ꝟtutis cōmemorationē. ¶ Non me carmibꝫ ⁊c. Genere ſtili ſeſe Orpheo vel Lino fore equalem ꝯmemorat. Nō eīm per arrogātiam dr̄. ſed demōſtrat tantā eſſe materiam

ſue laudis vt etiam humile ingenium in ea ſupra oẽs poſſit excellere Orpheus theologꝰ fertur fuiſſe Thracius. Thrax eñ nomẽ gentile ẽ Linus autem thebanꝰ poeta Apollinis filiꝰ ſcḋm eos q̃s nunc poeta ſequit. Diogenes vero refert illum a Mercurio ex Vrania nympha genitum fuiſſe ⁊ ab Apolline ſagitta trãſfixum periſſe. Et q̄uis Calliopeia adſit orphi. Calliopeia vel colliope vna eſt ex nouẽ muſis aliis excellẽtior. ⁊ ponit hic dtũs grecus p ſyneresim ꝓ datiuo latino ſcʒ Orphi ꝓ orpheo. ¶ Pan etiam Hic redit ad ruſtica numina. vt Arcadia iudice q2 fauet ei ⁊ ibidẽ colit. ¶ Incipe. Sentẽtia ẽ Incipe cognoſcere matrem riſu. Nam cum loqui nõ poſſint infantes riſu ipſo gratulari ⁊ beniuolẽtiam oſtẽdere vident. Cognoſce riſu vt hoc bono p̃ſagio remoueas matri faſtidia decem menſium. Optimum p̃ſagium antiq putauerũt eſſe ſi quis circa ortum ſubito riſiſſet. ſicut de zoroaſtre ⁊ ſocrate legit. ¶ Cui nõ riſere parẽtes. Difficile eſt huic ſniam elicere ꝓpt ambiguitatem nominũ. Nam de vulcano intelligit ſic. Incipe o ſalonine cognoſcere matrẽ riſu cũ placeas tua pulchritudĩe qḋ nõ fecit vulcanꝰ cui mater offenſa turpitudĩe nõ arriſit ab ioue p̃cipitatꝰ eſt ĩ inſulã lemnũ illic nutritꝰ eſt abſintheis. Cũ ioui fulmĩa fabricaſſʒ nõ eſt admiſſus ad epulas deoꝝ. poſtea cũ rogaret vt vel mineruę ꝯiugiũ ſortiret ſpretꝰ eſt ab ea ⁊ ſic diuinos honores nõ meruit

¶ Interloquutores Menalcas et Mopſus amici. Ceſarem ſub daphnidis nomine deflentes. Aegloga quinta. ¶ Menalcas

Cur nõ Mopſe boni q̃m cõuenimꝰ ambo.
Tu calamos inflare leues: ego dicẽ ṽſus.
Hic corylis mixtas inter cõſedimus vlmos.

¶ Cõſtrue. O Mopſe nos boni. i. docti ambo. i. vterq. cur. i. q̃re non cõſedimꝰ ſcʒ nos hic int̃ vlmos. i. maiores arbores. mixtas. i. ꝯplãtatas corylis minoribꝫ arboribꝫ ſcʒ vt canamꝰ q̃m. i. q2 ꝯuenimꝰ. i. in eundẽ locũ. venimꝰ. tu ſupple ſcis iflare leues calamos. i. fiſtulas ego doctꝰ ſum dicere ṽſus. i. carmĩa canẽ. ¶ Cur nõ mopſe Hic inducunt duo amici paſtores canẽ ad delectationẽ vnde ⁊ ſciuicẽ laudãt ⁊ ſibĳnuicem cedũt. Bonꝰ hic in loco doctꝰ eſt. ⁊ d̃t figurate boni ambo. Etiã bonꝰ liberalis ẽ vt Adſit letitię bachus dator ⁊ bona iuno. Etiã aptum ⁊ idoneũ ẽt. vt Et bona bello cornꝰ Cõuenire. hic nõ eſt trãſitiuũ. tranſit tñ aliqñ. vt cõueni pãphilũ in foro. Quędã inſtrumẽta muſica: vt tibias tubas ⁊ huiõi iflamꝰ. q̄dã vt cytharã pulſamꝰ Inter p̄põ q2 poſtpoſita ẽ mutauit accẽtũ. ſicut circũ. Corylꝰ arbor ẽ cuiꝰ nuces auellanę dicũtur ſiue p̄neſtinę. ex ea fiebãt faces ad nuptias celebrãdas ¶ Mop.

Tu maior: tibi me eſt ęquũ parere menalca
Siue ſub incertas zephyris motãtibꝰ vmbras.

Siue antro potius ſuccedimꝰ: aſpice vt antꝝ
Silueſtris raris ſparſit labruſca racemis

¶ Cõſtructio. O Menalca tu maior.i.dignior ſcꝫ es.equũ eſt.i. iuſtũ eſt me ſcꝫ mopſum parere.i.obedire tibi. Siue.i.vel ſuccedimꝰ.i.ꝓcedimꝰ ſub vmbras arboris.incertas ſcꝫ ex ſolis circuitu.ꝛ hoc dico.zephyris illis vẽtis occidẽtalibꝫ motãtibꝫ.i.mouẽtibꝫ Siue aut ſuccedimꝰ potius.i.libẽtius antro aliq̃.aſpice.i.vide vt.i.q̃liter ſilueſtris.i.fera labruſca.i.vitis.ſparſit.i.cooperuit antꝝ.i.foramẽ iſtud raris racemis.i.raris botrionibꝫ. ¶ Tu maior. Hic oſtẽdit q̃liter inferiorẽ oporteat eſſe erga ſuperiorẽ. Mopſus pollicet̃ ſe obtemperaturꝝ menalcę nec recedere a veneratiõe quam illi preſtare debet.tñ occulte vmbram arboris vituperat ꝛ antꝝ laudat. ¶ Siue ſub incertas. Hic ꝓponit duo loca apta ad cantãdum vt eligat̃ melior q2 vnꝰ locus eſt ſub vmbra arboris. aliꝰ locus eſt antro vel in cauerna.ſed antrũ ꝑualet qđ eſt locꝰ quietus magis.ꝑ hoc em̃ vult ſignificare ſuam ſniam eſſe meliorem. Nam vmbra eſt incerta tum ꝓpter ventos turbatiuos filiorꝝ ꝛ vmbrarꝝ.tum etiam ꝓpt̃ ſolem qui ſemꝑ mouet̃ ꝛ nõ ſemꝑ manet eadẽ vmbra ſꝫ Antrum eſt magis tutũ a ventis ꝛ eſt locꝰ ſecretus a calore nimio: q2 ſemper antrũ debet hr̃e labruſcam.i.vitem agreſtem que đr a labro q2 creſcit in labro vel in margine agri vel in ſupficie terre: ſicut labra vel labia ſunt in corpore. ¶ Menalcas

Montibus in noſtris ſolus tibi certet amyntas

¶ O Mopſe ego volo ꝙ amyntas.i.ille paſtor ſolꝰ certet.i.pugnet in noſtris mõtibꝫ tibi.i.tecũ. Mõtibꝫ in nr̃is Replicat menalcas dicens ꝙ mopſus đꝫ incipe q2 nõ eſt i alijs finibꝫ aliqͣs ſibi ꝯparabilis niſi amyntas paſtor ſcꝫ cornificius inimicus ꝟgilij. ¶ Mopſus

Quid ſi idem certet phœbũ ſupare canẽdo?

¶ O menalca qđ.dictio eſt idignãtis ſi idem ſcꝫ amyntas certet ſupare.i.vincẽ phœbũ.i.deum carminũ canẽdo.i.cantando. ¶ Quid ſi idẽ certet. Rñdet mopſus idignãter q2 menalcas cõparauit eũ ignaro poetę: q̄uis menalcas nõ dixerit illud amare.đt ergo non eſt mihi cura ſi amyntas certet mecũ q2 non vereor illũ ſicut nec phœbus illũ veretur qui phœbus eſt deꝰ carminis. ¶ Me.

Incipe mopſe prior.ſi q̃s aut phyllidis ignes:
Aut alconis habes laudes.aut iurgia codri
Incipe: paſcẽtes ſeruabit tityrus hedos

¶ O mopſe incipe ꝓor.i.pmꝰ canere ſi tu habes aliquos ignes.i.aliqͣs amores phyllidis illiꝰ amaſię.aut ſi habes laudes gl'am alconis.i.illiꝰ ſagittarij.aut ſi habes iurgia.i.bella codri.i.illiꝰ ducis.o inq̃ mopſe incipe cãtare q2 tityrus.i.ille paſtor ſeruabit hedos.i.capras vel agnos paſcẽtes. ¶ Incipe mopſe ꝓor. Hic menalcas ꝓponit materiã de q̃ debeat cãtare ſcꝫ de amore phyllidis vel de laudibꝫ alconis.vel de iurgijs co

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

dri. vbi notādum ꝙ phyllis regina trinacria ſeu ſiciliēſis amauit demo
phontē regem atheniēſem filiū theſei redeuntē de bello troyano. ⁊ ro-
gauit eū ſibi copulari in ꝯiugē. ille aūt acqeuit. dum ꝯ tū ꝑus vidiſſꝫ athe-
nas ⁊ diſpoſuiſſꝫ de reb⁹ ſuis. vbi q2 ipſe diu moratus eſt phyllis exiſti
mās ſe deceptā deſꝑata ſe ſuſpēdit ad arborē amigdalū ſine frondib⁹. ⁊
ſtatim rediit demophon ⁊ q2 phyllis iā mutata erat in arborē amigda
li demophon āplex⁹ eſt ſtipitē arboris q̄ ſentiēs pñtiā ſui amici ſtatim
ꝓduxit frōdes ¶ Alchon fuit ſagittari⁹ optim⁹. cui⁹ filiū draco inuaſit
ſꝫ ipſa ſagitta interfecit dracōnē ſine leſura filij. ¶ Codrus fuit dux athe-
niēſis vñ ortū fuit bellū inť lachones. atheniēſes. ⁊ datū eſt rñſū a dijs
ꝙ illa ps c⁹ dux interficereť obtinēt. ¶ Tūc ille codr⁹ volēs mori ꝓ ꝑplo
iuit i habitu diſſimulato ad exercitū lachonū dicendo ⁊ ꝓuocādo eos
ad multas iiurias vt lachones eū inťficerēt qḋ ⁊ ipſi fecerūt ¶ Mop.

Immo hec in viridi nuꝑ que cortice fagi
Carmina deſcripſi: et modulās alterna notaui.
Experiar: tu deinde iubeto certet amyntas

¶ Cōſtrue. ego Mopſus experiar. i. canā hec carmia q̄ deſcripſi i cor-
tice. i. folio viridi fagi. i. illi⁹ arboris. ⁊ q̄ carmia ego modulās. i. canens
alterna. i. alternatim dicta mutaui. i. ſignaui. ⁊ tu menalca iubeto dein
de. i. poſtea ꝙ amyntas certet ſcꝫ canēdo. ¶ Immo hec ⁊c̄. Reſpōdet
mopſus ꝙ illa materia nō ſibi placet. ſꝫ vna alia materia quā ipſe ince-
pit ⁊ ſcripſit i cortice fagi. q2 paſtores non hñt papiꝝ nec ꝑgamenū ad
ſcribēdū ⁊ illa materia ē funeralis cuiuſdā ſui amici. ¶ Alterna. i. varia
q2 i muſica ſunt varij ſoni. ⁊ i illꝰ funerib⁹ ſunt duo gña carminū. alťna
. i. vnū p⁹ aliud. ē eñ vnū carmē epichediū qḋ dr̄ cadauere nōdū ſepul-
to. ⁊ epitaphiū qḋ dr̄ cadauere iā ſepulto ſicut patebit i ſequētib⁹

Lenta ſalix quātū pallēti cedit oliue ¶ Me.
Puniceis humilis quantū ſaliunca roſetis
Judicio noſtro tm̄ tibi cedit amyntas
Sed tu deſine plura puer: ſucceſſim⁹ antro

¶ Quātū ſalix. i. illa arbor a lenta. i. flexibilꝰ cedit. i. dat. locū oliue illi ar
bori pallēti. i. pallide. ⁊ q̄tū ſaliūca illa herba humilꝰ. i. vilis cedit roſetꝭ
id ē roſarijs puniceis. i. purpureis tm̄ iudicio nr̄o amyntas ille paſtor
cedit tibi ſꝫ o puer deſine. i. ceſſa plura loqui. ſucceſſim⁹ antro. i. venim⁹
in ſpeluncā. ¶ Lenta ſalix. q2 menalcas ꝑcepit ꝙ mopſus idignanť ſu-
ſtinet ꝯpari amynte iō blādiť ei ⁊ pacificat eū dicēs ꝙ mopſus excellit
amyntā ſicut roſa ſaliuncā. ⁊ ē ſaliūca vilis ſpēs tribuli. ¶ Sꝫ tu deſine
. i. dimitte vel deſiſte loq̇ de amynta ⁊ veniam⁹ ad ṗncipale poſtq̄ꝫ ſu-
m⁹ in antro ſcꝫ in loco apto ⁊ tuto ad cātandū. ¶ Mopſus.

Extinctū nymphe crudeli funere daphnim
Flebant: vos corpli teſtes: et flumina nymphis

Cum cōplexa ſui corpꝰ miſerabile nati
Atqꝫ deos atqꝫ aſtra vocat crudelia mater
Nō vlli paſtos illis egere diebus.
Frigida daphni boues ad flu[~]ia: nulla neqꝫ āne.
Libauit q̄drupes: nec graminis attigit herbā.
Daphni tuū pœnos etiā ingemuiſſe leones.
Interitū: mōteſqꝫ feri: ſiluęqꝫ loquūtur.
Daphnis ꝫ armenias curru ſubiūgere tygres
Inſtituit: daphnis thyaſos inducē bacho
Et folijs lentas intexere mollibꝰ haſtas.
Vitis vt arboribꝰ decori eſt: vt vitibꝰ vuę:
Vt gregibꝰ tauri: ſegetes vt pinguibꝰ aruis:
Tu decus omne tuis poſtq̄ꝫ te fata tulerūt
Ipſa pales agros: atqꝫ ipſe reliquit apollo.
Grandia ſepe quibꝰ mādauimꝰ ordea ſulcis:
Infœlix loliū: et ſteriles dominatur hauenę.
Pro molli viola. pro purpureo narciſſo.
Carduus et ſpinis ſurgit paliurus acutis
Spargite humū folijs. īducite fontibꝰ vmbras.
Paſtores: mādat fieri ſibi talia daphnis
Et tumulū facite: et tumulo ſupaddite carmē
Daphnis ego in ſiluis hinc vſqꝫ ad ſidera notꝰ:
Formoſi pecoris cuſtos: formoſior ipſe

¶ Nymphe. i. decę flebāt. i. plorabāt daphnim. i. illū deū paſtoꝝ vel il-
lū veꝝ paſtorē extinctū. i. mortuū funere crudeli. i. morte horribili. et o
coryli vos eſtis teſtes nymphis ⁊ vos flumia eſtis teſtes ꝙ nymphe
fuerūt ſepple tunc cū. i. qn̄ mr̄. i. roma ācplexa ē corpꝰ miſerabile. i. dignū
miſeratiōe nati. i. filij ſui ſcꝫ daphnidis ⁊ ipſa mr̄ vocat. i. inuocat deos
in vīdictā. ⁊ vocat. i. appellat aſtra. i. ſtellas crudelia. i. crudeles. o daph
ni nō vlli. i. nulli paſtores ſupple egere. i. dixerūt boues paſtos. i. ad paſ-
cendū vel ſaturatos illꝰ diebꝫ. i. tp̄e mortis tuę ad fluia frigida. ⁊ nullꝰ
quadrupes. i. nullū aīal libauit. i. hauſit amnē. i. aquā fluuij. nec q̄dru-
pes attigit. i. comedit herbā gramis. et o daphni mōtes feri. i. duri ⁊ ſil-
uę. i. nemora loquūtur. i. dicūt leones pœnos. i. affricanos. ingemuiſſe

id eſt plorasſe. interitum tuū. i. tuam mortem. ⁊ daphnis inſtituit ſub-
iūgere. i. ſupponere tygres armenias. i. illa aīalia de armenia. curru id
eſt aratro. ⁊ daphnis inſtituit inducere. i. celebrare thyaſos. i. choreas
bacho. i. illi deo. ⁊ daphnis inſtituit intexere. i. circūdare haſtias. i. tyr-
ſos lentas. i. flexibiles folijs. i. pampinis mollibꝫ dulcibꝫ. ⁊ vt. i. ſicut vi-
tis. i. vinea eſt decori. i. pulchritudini arboribꝫ. ⁊ vt vuę ſunt decori viti
bus ⁊ vt tauri ſunt decori gregibꝫ. i. pecoribꝫ. ⁊ vt ſegetes. i. fruges ſunt
decori aruis. i. campis pinguibꝫ. i. fertilibꝫ. o daphni tu es decus omne
omnis honor ⁊ laus tuis ruſticis vel paſtoribꝫ ⁊ poſtq̄ fata. i. dij tule-
rūt. i. abſtulerūt te pales. i. dea pabuloꝝ. ⁊ ipſe apollo. i. deꝰ paſtoꝝ. reli
quit. i. dimiſit agros. i. campos qbꝫ. i. agris ſulcis. i. laboratis mandaui
mꝰ. i. cōmēdauimꝰ grandia ordia. i. magna grana frumēti. loliū illa her
ba infelix. i. infecūdum dominaṫ. ⁊ auenę. i. illę herbę dominantur. i.
creſcūt ſteriles. i. infecūde ⁊ carduus. i. illa herba inutilis ⁊ paliurus id
eſt alia herba. ſurgit. i. creſcit. acutis ſpinis. i. ſpinoſa vel hñs ſpinas acu
tas ꝓ molli viola. i. loco illiꝰ floris ⁊ ꝓ narciſſo purpureo. i. loco illiꝰ flo
ris purpurei. et o paſtores ſpargite. i. implete. humum. i. terram folijs.
id eſt floribꝫ. ⁊ inducite vmbras fōtibꝫ. i. facite nemora circa fontes. nā
daphnis mādat. i. vult talia ſibi fieri. i. compleri. et o paſtores facite tu
mulum. i. ſepulchꝝ. ⁊ ſupaddite. i. inſcribite carmen ꝟſus tumulo. i. ſe-
pulchro ⁊ ego ſum ſupple daphnis notus. i. cognitꝰ in ſiluis ⁊ ego ſum
notꝰ hinc. i. ab hoc loco vſq̄ ad ſidera. i. ad cœlum ⁊ ipſe. i. ego daphnis
eram ſupple cuſtos formoſior. i. dignior vel bonꝰ impator formoſi pe-
coris. i. optimi gregis. ¶ Extinctum nymphę. hic aggrediṫ materiam
principalē huiꝰ egloge. ⁊ incipit lugē ſup morte daphnidis paſtoris op
timi. ⁊ dat modum plangendi in alijs funeribꝫ. vel ſcḋm alios hic defleṫ
iuliꝰ ceſar quem brutꝰ ⁊ caſſius interfecerūt in ſenatu. ideo dr̄ crudeli
vulnere. vel p̄t intelligi de quintilio varro cognato ꝟgilij. dt̄ ḡ q̄ nym
phę pietate motę deflebāt daphnim paſtorē vel iuliū ceſarē vel q̄ntiliū
varrū. ⁊ q̄ incredibile ē q̄ defleuerūt idō addurit teſtimoniū. ſ. corylos.
et flumia more paboꝝ q̄ ſunt ſimplices vocādo i teſtimoniū res irrati
onales. vel h̄ facit ad deſignādū aliqd̄ miraculū qd̄ fuit ſcḋm tp̄e illo. vl̄
q̄ pſona triſtis credit q̄ oīa ſentiāt triſticiā ſicut ipa ¶ Cū ↄplexa fui. i. tūc
nymphę fleuerūt qñ daphni mortuū āplexa ē ſua mr̄ ſicut faciūt lugē-
tes. ⁊ illa mr̄ in dolore ſuo iniuriabaṫ celeſtibꝫ q̄ vocauit aſtra crudelia.
q̄ dederāt filio ſuo tale fatū. ¶ Nō vlli paſtos. Dicit q̄ mors daphni
dis fuit ita dānoſa toti mūdo q̄ oīa aīalia muta ſenſerūt inde dolorē ⁊
iacturā nec voluerūt illis diebꝫ comedē nec bibere. ⁊ hoc ē etiā icredile
idō addurit ad teſtioniū. ¶ Daphni tuū. i. leones feroces de affrica ge-
muerūt ⁊ vocē dederūt ſiluę ¶ Daphnis ⁊ armenias. Hic dr̄ laudes il
liꝰ mortui vt dolor accreſcat. ⁊ marie intelligiṫ de iulio ceſare q̄ primus
addurit romā ſacra ⁊ feſta lyei vel liberi ⁊ facē thyaſos bachi. i. coreas
et ſalutatiōes q̄ fiebāt in feſto bachi. ipſe etiā inſtituit domare tygres
ſic q̄ poſſent ligari ad aratꝝ ſicut alia aīalia. ipſe etiā inſtituit ſuſtinere
vitē in vlmis. ¶ Vitis vt arboribꝫ. Iteꝝ laudat eū q̄ ipſe erat de cœlo
pulchritudo totiꝰ ſuę progeniei. ſicut vitis decorat arbores ⁊ vuę vites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

et tauri greges: cāpos ſegetes. ¶ Poſtq̄ꝫ te fata. i. poſt mortem tuā pales dea pabuli ⁊ apollo deꝰ herbaꝝ reliquerūt agros. ⁊ vbi ſemīabant ordea nō naſcebant niſi herbę inutiles ⁊ auenę ſteriles. nec creuerunt poſt herbę vtiles ſꝫ ꝓ viola vel flore narciſſo pulcherrio naſcunt in terra cardones ⁊ papauer. ⁊ paliuri ſpinoſi. ⁊ ē paliurus q̄dā ſpēs tribuli ſicut lapa vel glis ¶ Spargite humū. Hic mādat alijs paſtoꝛibꝫ vt faciūt tumulū ⁊ ſtatuāt arboꝛes circa fontes qꝛ aīę nobiliū dicebant vagari circa ſiluas lucos fontes ⁊ flumīa. mādat etiā ⁊ rogat vel oꝛdinat in ſuo teſtamēto ſepulchꝝ ſibi fieri. Supaddite carmē. i. ſuꝑ tumulum ſcribite epitaphium iſtud qꝺ ſequit. Daphnis ego in ſiluis. i. hic iacet daphnis q̄ eſt notꝰ vſq̄ꝫ ad ſidera q̄ fuit paſtoꝛ pulcherrimꝰ pulcherrimi pecoꝛis inter oēs paſtoꝛes. ¶ Menalcas

Tale tuū carmen nobis diuinę poeta.
Quale ſopoꝛ feſſis in gramine: quale ꝑ ęſtū
Dulcis aquę saliēte ſitim reſtinguere riuo.
Nec calamis ſolū ęquiparas ſed voce mgr̄m.
Foꝛtunate puer tu nūc eris alter ab illo
Nos tn̄ hęc quocūq̄ꝫ mō tibi noſtra viciſſim
Dicemꝰ: daphnimq̄ꝫ tuū tollemꝰ ad aſtra.
Daphni ad aſtra ferēꝰ: amauit nos q̄ꝫ daphnis

¶ Cōſtrue. O poeta diuine tuū carmē. i. tuū epitaphiū eſt tale. i. tam gratū nobis q̄le. i. q̄lis res ē ſopoꝛ. i. ſomnꝰ feſſis. i. fatigatis in gramīe: id eſt in herba ⁊ q̄le eſt. i. q̄lis res ē reſtinguere. i. opprimē ſitim. i. appetitum bibēdi riuo. i. apud riuū saliēte trāſeūte dulcis aq̄. o puer foꝛtunate. i. fœlix nō ſolum equiparas. i. nō es ſilis calamis. i. fiſtulis. ſꝫ equiparas mgr̄ in voce. i. cantu et o puer tu eris nūc alter. i. ſecūdꝰ ab illo magiſtro. ⁊ nos dicemꝰ. i. ꝓponemꝰ viciſſim. i. alternatim hęc nr̄a carmina quocūq̄ꝫ modo poterimꝰ. ⁊ nos tollemꝰ. i. erigemꝰ tuū Daphnim ad aſtra. i. ad ſidera ⁊ nos feremꝰ. i. poꝛtabimꝰ daphnim ad aſtra. i. ad cœlum qꝛ Daphnis amauit nos paſtoꝛes. ¶ Tale tuū carmen. Hic menalcas laudat Mopſum dicēs q̄ꝫ ſuū carmē eſt tam delectabile ſibi ſicut eſt ſomnꝰ feſſis homībꝫ vel aqua frigida ſitiētibꝫ. ¶ Nec calamis ſolum. i. tu es par mgr̄o tuo nō ſolum in inſtrumētis muſicis ſed etiā in voce qꝛ vteris pulchꝛis vocibꝫ ⁊ ſentētijs delectabilibꝫ. ⁊ iam tu eris ſecundꝰ ab illo magiſtro. ¶ Nos tamē id eſt quāuis non ſim dignꝰ cantare tecum: tamen alternatim taliter qualiter ego etiam volo laudare Daphnim qui fuit amicꝰ meus ¶ Mopſus

An quicq̄ꝫ nobis tali ſit munere maius?
Et puer ipſe fuit cantari dignꝰ: et iſta
Iampꝛidē ſtimichon laudauit carmina nobis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 92

¶ Cōſtrue ſic. An id eſt vtꝝ quicq̄.i.aliq̄d ſit maius.i.p̄ſtātius nobis
id ē paſtoꝛibꝰ tali munere.i.q̄ꝫ celebꝛare ſeu eleuare iſtum daphnim vſ-
qꝫ ad aſtra.ꝛ ipſe puer.i.daphnis fuit dignꝰ cantari.i.cantādo laudari:
et Stimichon.i.quidā paſtoꝛ laudauit iampꝛidē.i.iamdudū iſta car-
mina facta de Daphnide. ¶ An quicq̄ nobis. Rn̄det mopſus q̄d ve
re iuſtum eſt.vt ambo faciāt carmina ꝑ Daphnide moꝛtuo. Nec po-
teſt eſſe meliꝰ opus qꝛ ſalubꝛis eſt cogitatio pꝛo defunctis exoꝛare vt a
peccatis ſoluātur.ꝛ moꝛtuos ſepelire. Hoc etiam dixit paſtoꝛ quidam
Stimichon id eſt quidam bonus poeta

Candidus inſuetū miratur lumen olimpi:
Sub pedibuſqꝫ videt nubes: et ſidera daphnis.
